160

1247.

Privilegium Boleslai Ducis Poloniae quo mediante ob affectum quem habuit erga Ecclesiam Posnaniensem et Boguphalum Episcopum eidem Ecclesiae villas suas Jelitowo et Weworzyno contulit jure haereditario possidendas. de Datt in Coenobio B. Laurentii ante Kalisz quinto nonas Julii Praesentibus Comite Jaroslao seu Jarostino Palatino Calisiensi Bartholomeo Scholastico Lubicensi et Ver digostio Camerario Episcopi Anno 1247.

Privilegium Premislai Ducis Poloniae virtute cujus donationem Villae Rogalino per Nicolaum Canonicum Posnaniensem Ecclesiae Posnaniensis, una cum adjecta conditione et obligatione Capituli assumpta quod Joannes Clericus filius donatoris eandem villam cum decimis ad vitae ejus tempora possidebit, post fata vero ejusdem ad Ecclesiam Posnaniensem pleno jure haereditatis redibit, approbat et ratificat de Dat et Act. in Trena ad Sanctam Mariam die quarto post Festum beati Petri praesente Comite Jaroslao Palatino Calisiens. Bogussa Succamerario Gnesnens. Budziata Succamerario Posnaniens. Bartolomeo Scholastico Lubicensi Anno 1247.